







126

CIMELIA

VIII.a.5.

VII.3.32c


Astronomia
Computus.


Computus novus super denario
revisus et recollectus.

Crac. per Hier. Victorem
1541.

Matern N° 251

126





COMPVTVS

NOVVS NVPER DENV O REVISVS,

& recollectus, res ad ecclesie cultum debite persua-
endum, una cum pulcherrimis fundamentis

Astronomiae complectens.



PROLOGVS

QVanta diligentie cura olim fuerat studentibus ac clericis de obseruatione festorum mobilium, Septuagesime videlicet & Quadragesime, Pasche, Rogationum, & ceterorum dierum, puta & aliorum de quibus presens declarabit tractatus. Modernis autem tempestatibus, quamplura literarum studia esse creduntur, fabularum atque tamen nonnulla speciem contrahunt. Alia commentationes vanas, ita ut id sparsim omnibus insit studentibus. In ecclesiasticis vero computationibus nullus quippe, aut ferme pauci docti inueniuntur, quo sit ut tanti tamque magni errores in ecclesia dei diuagentur, ut incognitum sit quibus medijs ab eiusdem digrediendum sit. Placuit itaque diuino auxilio iuuante tractatum, iam equidem longe ante conscriptum, in modum alium redigere quo ut facilius modus inueniendi ea que ad cultum attinent diuinum habeatur. Isque tractatulus octo & decem capitulis concludetur.

Velim charissime lector tibi persuadeas me non noua quedam scripsisse, aut inuenisse, sed illa uetusta pro temporibus nostris reduxisse, atque prius confuso posita ordine, bona & ut aptiori potius serie explanasse. Tuis ergo sauius frenas adhibeas uelim, & nos nostrisque ingenij premordia illesa meare sinas. Vale.

Capitulum primum de ciclo Lunari

Mille quingentos ab anno deme salutis
His nouem cum annis bis quinq; iungere debes
Numerus aureum residens ciclum edocet
Decem & nouem super hos cum excreuerint anni.
Hos totiens abice, reliquum pro ciclo teneto.

Modum inuestigandi aureū numerum primo placuit declarare, Vnde aclus lunaris sic describitur, est spaciū 19 annis mensuratum, exordium sumens eo die quo luna soli per coniunctionem applicatur quousq; illi iterum eodem die applicari desinat. Ex qua descriptione patet aclus lunarem diā à motu lunæ, ex eo quia aclus lunaris iniaū sumit per applicationem lunæ ad solem. Huiusmodi autem applicatio non nisi motu lunæ perficiatur, ergo aclus lunaris, à motu lunæ lunaris diatur. Cupiens itaq; quispiam aclus lunarem inuenire, sic procedat. Ab annis christi currentibus subtrahat Mille quingentos & decemnouem annos, & residuū (minus q̄ 19, uel ipsummet decemnouem) aclus erit lunaris. Si uero numerus subtractione facta manens decemnouem superauerit extunc 19 abija debent, residuo pro aelo lunari accepto Leuius tamen in iūcturis digitorum aureus numerus inuenietur, eo modo. Obmittendo annos millenariorum centenariorū & computare inchoando a 20 usq; ad annum propositum perueniatur, ubi signetur articulus, eo signato uideatur numerus iūcturarum, ille namq; aclus lunarem ostēdit, priori tamē cautela cū necesse fuerit utendo. Terna deniq; uia eundem comperies, auferendo ab annis residuis ultra millenarios centenariosq; decemnouem, residuum pro aelo lunari habendo.

Capitulum Secundum de ciclo Solari

Mille tollas quingentos cum tribus annis

Quicquid super fuerit solis ciclum lunarum

Vigintiocto si numerando sic operabis

Tolle quater septem tene et quod accidit ultra.

Inuestigationem acli solaris aelo lunari immediate subscribere libuit, non obstante eo q^d determinationem acli lunaris iure & regulariter determinatio de intervallo subsequi debuit, tanq^{uam} notificabile illud per qd^{am} notificari debeat, ipsa namq^{ue} intervallu absq^{ue} aelo lunari nullo modo dari potest, sed quia in inquisitione intervalli litera dominicalis non pariter videtur conferre, ideo notitia eiusde in eo inveniendopre requiritur, sed litera dominicalis absq^{ue} aelo solari notitia haberi potest minime, ergo (ut debitus processu seruetur) iure aclus solaris lunare sequitur. Ciclus aut solaris sic diffiniri poterit. Est spatium ex 28 reuolutionibus solaribus causatum in quo omnes litera dominicales conueniunt, quae eodem modo se habentes redire nequeunt priusq^{uam} 28 reuolutiones complerentur. Ex hac descriptione acli solaris, perspicuum est aelum solare motu solis causari, saltem modo mediato, sic quia aclus solaris spatium 28 reuolutionum diatur, sic q^{uod} huiusmodi, reuolutiones aelum solare constitucere dicuntur. Harum autem causa effectiua est motus solis, ergo per unam methaphisicalem principium motus solis acli solaris diatur eum causati, ab eo cuius motus solis causa. Volens ergo aelum solare quopiam anno inuestigare, ab annis christi currentibus Mille quingentos & tres auferat annos, residuum huiusmodi subtractione facta aclus solaris erit, Et hoc subtractione vigintiocto annorum si opus fuerit facta ab

annis residuis. Modo detum altero aelum solarem repea
ries, non respectum habendo ad annos millenariorum &
centenariorum, & numerare inapc 4 5 6 & c. usq; ad dum
perueneris ad annum propositum & articulum digiti signa
bis, quo signato uide numerum articulorum, nam ille aeliso
laris annos tibi ostendet, semper necesse fuerit 28 abiacendo.

Capitulum I II. de litera dominicali,

Vnum prebet g f, duo e, tria d, quatuor c,
Quinq; dat b a, sex g, septem f, octo atitem e,
Nouem dat d c, decem b, und a, g duodecim,
Tredecim fc, quattuordecim, d quind, c sedecim b,
Septedecim a g, ocdecē f, no decē e, d quoq; vigint,
Vigintunū c b, vigintiduo a, vigintitria g, uigit 4. f,
Vigint quind e d, vigintifex c, viginsep b, vigin o. a.

Modum inueniendi dominicalem literam aelo solari
subiungere, congruum uisum est, & hoc haud im
merito, quum aelus solaris habeat modum causæ respectu
dominicalis literæ (quum ut supra tactum est absq; eo lite
ra dominicalis minime inueniri potest) ex secundo autem
phificorum habetur omnem effectum suam debere conco
mitari causam. Merito ergo literæ dominicalis inuenao a
elo solari subscribitur. Litera itaq; dominicalis sic diffini
tur. Est litera qua perspiatur quis dominicus dies quis feria
lis sit. Ea enim litera quæ quopiam anno docialis extia
terit, illius anni dominicum alem assumit, ceteris secundum
ordinem alias ferias possidentibus. Optans ergo quispiam
literam dominicalem inuenire, numerum aeli solaris anni il
lius habeat. Quo habito, uersus pro eijsdem litcris domini
calibus comperiendis legat, & quæ litera arca numerum

41
acli solaris reperta fuerit dominicalis dicitur, In bisextili
autem anno due literæ dominicales occurrunt, quarum altera
post festum natiuitatis, dominico proximo imposita, ad fe-
stum durat Matthie. Altera demum post Matthie imposita,
totius anni dominium sibi uendicat.

Capitulum IIII. de concurrentibus,

B vnum, c duas, d tres, dat concurrentes.
E quattuor, f quinque, g sex, a insuper nihil.
In bisextili concurrentes prima notantur,
Secunda hebdomadas interualli figurat.

Numerum concurrentium quopiam anno inuestigare, habita
litera dominicali. Dies concurrentes leuiter comperies.
Is enim numerus qui arca literam dominicalem situatur,
numerum concurrentium comenstrat, & huiusmodi dies
in anno bisextili per primam literam querendas memineris
Ea autem de concurrentibus hebdomadarum intelligas uelim,
qui dies superflui ultra septimanas interualli dicuntur
& sunt medij inter natiuitatem domini per inclusionem eiusdem
& dominicum proximum per exclusionem.

Capitulum V. de interuallo.

Elephas a terra festinat bibulus extra
Clericus facete decipitur gaudijs crebre
Articulum degener gaumam excedit adulter
Doceo barbarum egomet considero nullum
Literę numerum notant interualli septimanarum
Si feria precesserit primam literam verbi,
Vna septimanis superadditur istis
Cum postcedit litera, sis contentus in illa,
Inuentio interualli determinationem dictorum sequitur con-

uenienter, ex eo quia ante dicta in inuentione interualli præ
requiruntur & sine his certa inuentio interualli haud ha
beripotest. Iure itaq; inuestigatio interualli ante dictis sup
ponitur. Vnde interuallum hoc potest diffiniri modo. Est
intercapedo temporis interposita dominico diei proximo
post natiuitatem & dominico diei quo in ecclesia, Esto mis
mibi, decantatur, & hæc uariationem aeli consequitur lun
naris, unde & singulis annis alius & alius est numerus sep
ptimanarum interualli. Cupiens itaq; dato anno hancce in
tercapedinem temporis quopiam inuenire, Ciclum lunae
rem per primum caput, & literam dominicalem per præ
cedens addiscat; Aureoq; numero inuento, eundem in arti
culis colloceat digitorum, uersusq; pro eodem legat deserui
entes, & quæ dictio signatum articulum possederit, numerus
septimanarum interualli commonstrabit. Numero in ea li
terarum præhabito, habendus respectus uenit ad literam
dominicalem. Nam ea si literam dictionis antecesserit, una
addenda erit septimanis interualli hebdomada. In anno au
tem bisextili ad secundam literam dominicalem habendus
uenit respectus. Et hoc anno bisextili, quo aclus solaris est.
17, quum scilicet A & G sunt literæ dominicales, (ubi per
primam etiam interuallum queri debet) excepto. Per eam
enim interuallum querendum est, & ad eam consideratio
habenda est. Hocq; modo numerum septimanarum inter
ualli comperies. Aliter hoc idem per adscriptam in calce
tabellam inuenies, uidendo in superiori parte tabulae aure
um numerum, & in latere sinistro literam dominicalem.
Ex opposito enim literæ dominicalis sub aureo numero in

terualli septimanæ offenduntur.

Capitulum VI. de festis mobilibus.

En ex septimanis interualli, deme duas,

Sic dominica fiet septuagesima nota.

Adiungas his vnam, si quadragesimā optas.

Sex quadragesimæ, cum pascha petis celebrari.

Septuagesima ex a Zymo, quinta rogatio currit.

His demum binos adde, spiritum cole sanctum.

Inuentionem festorum Mobilium post determinationem in
terualli inuestigare. Nam notitia festorum mobilium cogni
tionem interualli præsupponit, Ergo congrue dictæ deter
minationi interualli subscribitur. Quod notitia festorum mo
bilium, in cruali notitiam præsupponat, patet, quia scientia
festorum mobilium aliorum, à septuagesima, præsupponit
cognitionem septuagesimæ, cuius celebratio ex interuallo
dependet. Nam secundum quod maius uel minus interual
lum fuerit, tardior uel uelocior fit septuagesimæ celebratio,
quam uelocitatem aut tarditatem celebrationis septuagesima
mæ, tardior aut uelocior celebratio aliorum festorum con
sequitur. Concluditur ergo, notitiam festorum mobilium, in
terualli notitiam & scientiam præsupponere. Vnde festum
mobile dicitur esse mobile, ex eo q. certi loci expertus sit in
Calendario, & hoc quo ad syllabas & dies usuales mens
sum referendo. Nam si respectus ad dies seriales habendus
esset, non dicerentur mobilia, Quum semper singulis annis
die dominico celebrentur. Volens itaq. festa comperire mo
bilia sic procedat. Primo numerum septimanarum inter
ualli per præcedens caput cognoscat, quo habito, ab eodem
duas auferat septimanas, & legat. Ci si o ia nus, ab illa syl

1X

laba, quæ in proximum diem dominicum post natiuitatem
ecceiderit, incipiendo, usq; ad numerum septimanarum reli
ctarum post subtractionem, & quæ syllaba dominico ultio
mo uenerit, celebrationem septuagesimæ ostendet. Postea ad
hoc festum septuagesimæ, annumeret tres septimanas, &
habebit quadragesimam, cui si sex addiderit hebdomadas,
festum Pasche inueniet. Cui quinq; appolitis septimanis Ro
gationum festum occurret. Duabus demum huic additis heb
domadis, ultimum festum mobile habebitur.

Capitulum VII. de Ciclo Inditionis.

Mille quingentos, cum duode subtrahe annos.
Residuus numerus, Ciclus erit inditionis.
Cum excefferint quind tollas, reliquum retinendo.
Modum quo aclus inditionis inueniendus sit perscrutare
quia aclus Inditionis in inquisitione prædictorum nihil cons
ferre neq; aliquam dependentiam ad ea habere uidebatur.
Libuit in calce eorum, quæ ad ecclesiæ cultum attinent, eius
dem determinationem situare. Hucusq; enim ea quæ pro
ecclesia dirigenda exiguntur edocebantur. Vnde aclus In
disonis spaciū esse diatur trium lustrorum, seu annorum
quindecim, quod à Romanis institutum diatur, ut ab extra
neis illisq; subditis nationibus congruo sumantur tributa ora
dine. Subditi enim Romani imperij, primo lustro ferrum of
ferebant. Secundo demum æs. Vltimo deniq; aurum cum ar
gento sub nomine tributa, Romanis soliti erant offerre, quia
bus consuetum erat tempus indicendi illorum conferrendo
rum tributorum, ex ea dictus est causa aclus inditionis. Cui
piens itaq; huiusmodi aclus anno quopiam inuenire, ab an
nis Christi currentibus, mille quingentos & duodecim annos

auferat, residuum aclus erit inditionis. Vbi si numerus subtractione facta manens excreuerit quindecim, tollatur quidam, residuum pro aelo inditionis retinendo. Alio modo eundem inuenies. Annos millenariorum centenariorum prætermittas, salum à tredecim computare, usq; ad annum tuum propositum, & quot iuncturas transcurris, tot annos aeli inditionis illo anno te scias habiturum.

Capitulum. VIII. De forma coeli, & partium eius. Rotunda nobilior ex mathematicis datur figura. Huic similem assumpsit sibi mundus.


Vt a quacunq; parte fluxum producat æqualem. Duas præcipue notas possidet regiones, Corruptibilem enim distinguit ab æterna. Ecce q̃ pulchre incorruptibilem spheris ornat Empirreum summam fixe tenet dei sedem Nonum simplici cursu colligit alios ei, Sydus circuit in triginta sex milleq; gyrum, Saturnus spheram annos per triginta reuoluit. Iuppiter duodecim, Mars complet binis annis, Sol princeps inter alios, cursum anni docet Venus ac Mercurius tot complent quasi dies Infimam Luna tenens, mensem sibi assumit.

Formam figuramq; uniuersi situmq; partium eius diligenter indagare, quia in inquisitione supradictorum dictum erat, ea motum solis ad notitiam sui præsupponere, una cum motu lune. Hæc autem duo motus quospiam à superioribus spheris communicant, & habere cognoscuntur. Vt ita doctrinæ uia seruetur, intendit autor numerum corporum celestium (à quibus motus luna ipsa cū sole capiunt, cæteraq;

XI

errantia sydera) explicare. Cum autem huiusmodi corpora partes uniuersi sint, principaliter intendit figuram uniuersi declarare. Ipsius postea naturam in duas partes diuidendo. De prima in hoc capitulo determinat, declarans quæ partes nobiliores uniuersi existant. Alteram demum partem in sequenti capitulo enarrat. Quo ad primum, duo demonstrat. Primum, quam figuram ipsum uniuersum habeat, duas rationibus ostendens. Quarum prima ex Philosopho ij. Cæli. textu commenti XXij. sumitur, & formatur sic. Omnium figurarum figura rotunda est nobilissima, ergo uniuersum habet rotundam figuram. Tenet consequentia, quia ipsum uniuersum est corpus nobilissimum. Omnium autem tali nobilissima congruit figura. Antecedens probari sic poterit, tum quia huiusmodi figuræ nullam possibile est fieri additionem, cum in ea fiat regressus ab eodē in idem. Alijs uero figuris cum rectilincæ dicantur, hæc ipsa composibilis est. Tum secundo quia hæc solum unica linea (cæteris pluribus conclusis) concluditur, quod perfectionem rotundæ tribuit ex ij. Cæli. Secunda demum ratione hoc idem probat sic. Influxus cœlestis in omnes partes æqualis debet esse ergo cœlum est rotundæ figuræ. Tenet consequentia, quia æqualitas influxus, præsupponit æqualitatem distantiæ. quo ad omnes partes illius, in quos huiusmodi influxus imprimi debeat. Æqualitas autem secundum omnes partes non nisi corpori rotundo competit. Antecedens ex autoritate omnium astronomorum relinquitur comprobatum. Hæc ultima ratio magis concludit rotunditatem corporis cœlestis tantæ partis nobilioris uniuersi, licet alio modo ordinata ad pro-

bandum uniuersum esse rotundæ figuræ applicari posset.
 Alterum demū quod in præsentī capite declarat, est series
 prinapalium uniuersi, sphaerarum scilicet coelestium. Vbi
 prinapaliter numerum earundem ponit, asserens saltem es-
 se sphaeras nouem in ordine. sphaeras inquam mobiles. Nam
 & deānam immobilem collocat. An autem saltem nume-
 rus nouenarius sphaerarum existat, non præsentis est specu-
 lationis. nam modernis temporibus decem mobiles sphaere
 inuentæ dicuntur. De hoc latus uide Alberiū in duodecimo
 Methaphisycæ, et expositorē theoricarū in de motu octauæ
 sphaere, & alios q̄plures Neothericos. Nonā ergo sphaerā



ponit auctor primo motu regulari & simplicissimo moueri
motu scilicet diurno, ab ortu in occasum in 24. horis suam cō
plentem reuolutionem, & quo ceterarum spherarum mos
tus regulantur. Et huius specialem determinationem in ca
pitulo deamo facit, ostendens super quibus polis moueatur.
Octauā demū spherā reuolui in 36000. annorum ostendit,
in qua omnes stelle fixæ situate dicuntur, Saturnum demum
in 30. annis Zodiacum reuolui declarat. Iouem in 12. Mar
tem in 2. Solem in anno. Venerem & Mercurium in mino
ri tempore quam anno signa Zodiacā permeare ostendit.
Sciendum autē q̄ quum hic de motu aliorū orbium à primo
loquitur, de motu eorum proprio, qui scilicet est ab occidē
te in oriens intelligendum est.

Capitulum IX. de quatuor elementis.

Terra petens medium inter elementaq; centrū.
Ad figuram cœli spheram ornauitq; suam,
Non quadratam, sed rotundam continet formam,
Stelle in occasum probāt rēdentes ab ortu.
proxima res maior ea quæ a longe uidetur,
Non in stellis apparet uapor nisi resistatur,
Conuexum spherę circumscribit concuum aque.
Aquam aer, & ipsum ignis, hæc elementa,
Quæ quatuor essentię, seu mortalium spherę,
A philosophis edoētis probatę ac uerę.
In precedenti capite uniuersam in duas distinxerat partes,
de quarum prima in eodem capite sufficientem declaratio
nem posuit. Hoc demum in capitulo nono, secundam partē
uniuersi declarare intendit, innuens quatuor esse partes ul
timas totius uniuersi, quæ elementa appellantur inter quæ,

primo de elemento terræ, determinat, ostendens terram
 ipsam esse rotundæ figuræ, & hoc probat ratione & si-
 gno Ratione tali. Terra est centrum mundi, ergo terra est
 rotundæ figuræ. Tenet consequentia, quia centrum partiæ
 pat in figura cum circumferentia, si ab eo ad circumferentia-
 am ductæ lineæ æquales esse debeant. Antecedens relinquit
 probatum esse, à philosopho ij. Cœli, probat demum idem
 a signo sic, Quia si stelle cum supra orizontem extiterint, ap-
 parent eiusdem quantitas in ortu & occasu, quod nō esset
 si terra esset quadratæ uel alterius figuræ. Nam in ea par-
 te terræ (ubi angulus quadrati sit) hominibus habitantibus
 stelle maiores apparerent quam hominibus habitantibus
 in latere. Nunc autem uidemus omnes equam quantitatem
 astrorum perapere. Contra hanc probationem auctoris pos-
 set aliquis altruere cauillationē. Tu diuis astra in omnibus par-
 tibus cœli æqualis quantitatis fuisse, quū tamē sensibiliter expe-
 riamur esse ea maioris quantitatis in ortu, q̄ in medio cœli.
 Hanc cauillationē destruens diat, hoc nō esse ex parte astro-
 rū, sed ratione mediij puta uaporū à terra resolutorū, qui se
 inter aspectū nostrū, & astra interijciunt. Tandē declarat
 superficiem intrinsecā aquæ, extrinsecā terræ cooperire, &
 aeris demū aquæ, & ignis aeris superfite extrinsecā circū-
 scribere. Ex his omnibus per modū corollarij inferitur ultia-
 ma ratio rotūditatē probans uniuersū. Quia sequitur bene.
 Omnes ptes uniuersi sunt rotundæ figuræ, Ergo ipsum uniuersū
 est rotundæ figuræ. Tenet consequentia quia totū nihil aliud
 est q̄ sue partes, ex primo phisicorū, & eadē est ratio par-
 tiū & totus primo cœli. Antecedens pro utraq; parte patet
 ex præcedenti & hoc capitulo.

Capitulum decimum, de situ & motu firmamenti,
atq; de æquinoctiis, & solstitiis.

XV

Mobile continue per binos cardines volat,
Supremus ad austrum nobis æternè occultus.
Alter vrsam custodit, Arcticus nuncupatus.
Cingitur cœlum choruscationisq; Zona,
Quæ equat noctem ac diem in horis,
Quam gyros animalium per medium secat.
Principium Arietis ac Libræ testificantur.
Recedit ab æquinoctio ad noctem caput Cancrī,
Ad meridiem Caper, his solstitia dantur.
Hæc quattuor præscripta, seu cardinalia signa.
Ordo signorum talis est in cœlo notatus,
Est Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo,
Libra scorpīus arcitenens caper anphora pisces.
Sub quibus erraticæ necnon fixæ rotantur stellæ.
Indies dantes obuiam inuicem respicientes,
Ex quorum continue aura periclitatur.
Nunc tendit ad pluuiam, ventum aut claritatem.

Qualitatē motus primi acli perscrutare, quia in capitulo
VIII. nonam spherā motu simpliāssimo reuolui dixerat. Cū
aut̃ omnino corpis arculariter moti motus sup̃ polis perficiā
tur. Congruū ergo est, polos dicti motus hoc in capite des
clarare. Sciendū itaq; est, primū mobile reuolui super axe
transeūte per centrum mundi, quæ axis mundi dicitur, & il
lius axis extremitates poli appellātur, qui sunt omnino im
mobiles quorū polorū, alter arcticus dicitur, & est ille qui
circa vrsam minorē & septistellium situatur, & is nobis
septētrionē inhabitātibus apparet cōnnue. Alter demum
polus Antarcticus dicitur, qui in circulo æqualitatis meridi

em uersus. situatur. Et hic nobis immanifestus est. Declaras
 tis autor polis motus primi mobilis, circulos primi mobilis
 declarat. Et primo circulum equinoctialem quē ante circu
 lū equalitatis nominauimus. Afferens hūc circulum, ipsum
 primū mobile per aqua diuidere, Et dictū equinoctialem, eo
 q per ingressum solis in puncta inter sectionū eius cū zodia
 co, equalitas noctiū cū diebus cōingat. Hūc demū circulū
 alius circulus maior, qui et realis dicitur, per mediū diuie
 dit, sic q, una pars uersus Austrū, altera uersus meridiē de
 clinat. Zodiacus autē hic circulus appellatur, ex eo q, per
 motū solis sub eo (ut testatur philosophorū princeps in de
 generatione) uita omniū animantiū dependat, et hoc græco
 nomine zodiacus sonare dicitur. In hoc autem circulo, 12
 imagines cœlestes (que uulgo nomine signa appellantur)
 situantur. De quorū numero duo, Cācer scilicet, uersus sepe
 temtrionē, et Capricornus uersus meridiē ab equinoctio
 declinant. In quorū principia quū sol ingreditur, duo solstia
 tia, eleuationē scilicet maximā, cū declinatione, constituit, id
 est, solstitiū æstiuale et hoc cū ingreditur in Cancrū, et hye
 male cū in Capricornū subintrat. In qbus duobus sinibus sol
 dicitur stare, et hoc uel ppter nimiam eleuationem, sic q,
 ultra ascendere non potest, uel nimiam declinationem qua
 minor fieri nequit. Alia demum duo signa, Aries scilicet
 et Libra, equinoctia constituunt. Et hæc quattuor signa
 cardinalia uocantur. Vltimo seriem et ordinem signorum
 ostendit. Hi etiā uersiculi cōtinent uulgare et astronomicū
 modū equinoctiorū et etiā solstitorū. Lampert Gregori,
 nox est adequata dici. Hæc equata duo sciūt Ariesq; Lia

XVII

bra. Vitus & Luna, dant duo solstitia. Hæc duo solstitia faci-
unt Cácer & Capricornus.

Capitulum XI. De motu Solis.

gregre, uat, ser, ton, a, sum, nic, hed, ci, lu, cat, las.

Syllabę hę introitum in signa solis docent.

Morum solis alicuius diei si scire cupis,

Numerus a præscripta syllaba gradum monstrar.

Verum locū solis singulis diebus perscrutare. Vnde motus

solis non aliud est q̄ trāsitus corporis solaris sub zodiaco
primi mediāte quo sol 57. 58. 59. 60. c. I, ad maximū singu-

lis diebus, minutis mouetur. Cupiens itaq; uerū locū solis p-
cerio tēpere inuenire, uideat primo syllabam diei pro quā

id habere uelit. Et postea cui syllabę ex uersu hoc, sua illa syl-
laba sit p̄pinquior. Et ab ea legat, Ci si o ia, usq; ad suā syl-
laba, & signet membrū, uideat demū numerū iuncturarū. Nā

quod iūcturę fuerint, tot gradus illius signi (quot super syl-
laba uersus a qua computare incepisti) sol peragrauit. Et hoc

modo apte motum solis inuenies.

Capitulum XII. de Coniunctione Solis & Lunę.

I. 19. 2. 8. 3. 27. 4. 16. 5. 5. 6. 23.

Nod, octo, vigintisept. sed, quinq; viginttria.

7. 13. 8. 12. 9. 21. 10. 10. 11. 22. 12. 18. 13. 17.

Tred, duo, vigintunū, decē, vigintduo, octode, septe,

14. 26. 15. 15. 16. 14. 17. 22. 18. 11. 19. 30.

Vigintsext, quind, quattuor, vigintduo, und, triginta

Decēnouē numerū cōplēt aureū, tot & hic dictiōes

Et harū numerus aureū ciclum manifestat.

Et de se diei numerum, in quo luna nouatur.

Primo, (quę & radix anni totius assurgit)

Vigintnouem tribuas, & radici lunaris,

Cum horis duo, lunam sequentem habebis,

Dies quindecim adde, lunam accipe plenam.
 Viam cōiunctionis luminariū singulis mensibus inuestigare,
 quæ ea quæ in tredecimo et 14 capitulis docetur, diē cōiuncti
 onis luminariū præexigāt, Placuit modū & doctrinā cōiū
 ctionē dictā inueniendi, quo ut faalior uia dicēdi habeatur.
 Ea enim si diligēter intendatur, cōiūctiōe egent lunari. Dis
 finitōe itaque cōiūctiōis dimissa, (nam ea in capitulo XIII,
 ponetur) modū inueniendarū cōiūctiōnū, per annū aliqū
 ppositū, singulis mensibus exponere dignū uisum est. Cupiēs
 itaq; quispiā coniunctiones mensiū quopiā anno habere, an
 te omnia primā ut habeat coniunctionē, (quā Februarij in
 tellige, quæ radix omniū existit) necesse est. Et hæc in diebus
 queritur Ianuarij, quā eo inueniet mō. Habeat aclū lunare,
 quē in iuncturis digitorū colloctet, Demū uersus pro prima
 cōiūctiōne habenda legat, locando in una quaq; iunctura
 unam dictiōnem. Et quæ dictiō iuncturam acli lunaris at
 tingerit, hæc ipsa diē cōiūctiōis primæ ostendet. Et hoc con
 siderādo quis supra dictam dictiōnē numerus sit posterior,
 (nā supra quālibet dictiōnē duplex numerus ponitur, Aurei
 scilicet numeri prior, & dictiōis posterior) nā ille ostēdet diē
 usualē Ianuarij, quā coniunctio tali anno prima futura est.
 Ad quā coniunctionē si 29. addideris, habebis sequentē cōiū
 iunctionē, puta Martij, & hoc cū horis 12. Sed quū 12 ho
 ræ singulis mensibus addi nō possunt, idē effectus est, ut &
 praxis faalior sit, ut singulis duobus mensibus addatur una
 dies ex illis 12 horis resultās. Ideo quū queris cōiūctiōnem
 istorū mensiū, Martij, Maij, Iulij, Septembris, Nouēbris, &
 Ianuarij, ut unam addas diē ad dies ex additione 29 ad dies
 cōiūctiōis primæ resultātes, et habebitur dies uerior cōiū
 ctionis. Si demū tempus oppositionis habere uolueris, adde
 ad tempus coniunctionis 15 dies & habebis quæsitum.

Capitulum XIII, de motu Lunæ.

Aetatem lunę dupla, post addito quinq;
Quinq; dabis signo, quo lunę cepit origo.

Modū lunę motū inuestigādi coniunctionū determinationi
subscribe congruū usum est, Ratio aut sit hęc. Quia motus
lunę secundū etatē certiori satur mō. Cognito aut etatis lu
næ, absq; die cōiūctionis haud haberi potest, quā ea nihil sit,
q̄ numerus dierū à die cōiūctionis ad aliquā ppositā diē cō
putatus. Ergo merito motus lunę inquisito determinationi
cōiūctionū (tanq̄ suo notificabili) subscribitur. Vnde motus
lunę nihil aliud est, q̄ decursus eius sub zodiaco primi mobi
lis, incipiens ab occasu in ortū, quo luna in spatio 24 horarū
nūc 11, nunc 12, 13, 14, ad maximū 15 gradus dicti zōdiaci
peragrat. Vel motus lunę poterit sic describi, Est situs cor
poris lunaris cētraliter sub aliqua parte zodiaci, quē indicat
linea ex cētro mūdi educta per centrū corporis lunaris, usq;
ad zodiacū p̄tensa. Quopiā itaq; diē cupiēs aliquis motum
lunę indagare, Primū uideat sub quo mēse illa reponitur dies
Demū uideat cōiūctionē, quæ dictā diē antecessit. A diē ergo
coniunctionis, dies numeret, usq; ad diē suā ppositam, &
eū totū numerū duplet, Quo duplato eidē qnq; supaddat.
Deniq; totū collectū per 5 diuidat, & numerus quotiēs ostē
diē numerū signorū, quæ luna à coniūctione pagrauit. Vide
ergo in quo signo coniunctio fuit iuxta doctrinā præcedē
tis capituli, & ab eo cōputabis numerū signorū per quotiēs
designatū, & habebis motū lunę pro diē tuo pposito, quo
ad signū. Gragus aut certus signi iuxta eā uia haberi non
potest, quā luna non æqualiter quo ad gradus moucatur,
quā uno diē plures altero pauidores gradus pagrat. Et hūc
modū habes per expressum in canonibus usus Astrolabij. Ne
demū uidear, aut modū illū priscū ignorasse, aut eundē spre
uisse, placuit eundē breuibus explicare, nā in ex præfationē nō
curo, cum interdum per eum neq; ad signum perueniatur.

Pro quo inueniendo hoc carmen præmittere necesse est.

Ci, bi, math, eta, san, ius, ui, be, do, ū, re, si, cat, mas.
 Cupiēs itaq; quopiā die iuxta modū antiquū dudū obserua-
 tū, motū lunæ inuenire, Saat syllabā suæ diei, & uideat cui
 ex dictis sit p̄pinquior syllabis. Quo cognito à syllaba uer-
 sus, ad suā p̄positā legat Ci si o ia nus, ubi dū puenerit, ter-
 minet iuncturā. Postea numeret signa zodiaci à radice inas-
 piēdo, duplādo omnia ab aqueis, & eaīpsa triplādo, (& in
 hoc error & falsitas istius modi cōpbat̄ur, quū nō uidetur
 ratio cur alia triplēt̄ur, et cetera duplēt̄ur signa, quū omnia
 equū in se numerū graduū cōncēat, sed hoc trāseat) usq; ad
 mēbrum datæ diei, & habebit motū lunæ. Radix autē anni,
 nil aliud est q̄ locus lunæ tempore arcumasiōis sub certa pte
 zodiaci. Et hāc eo pacto cōperiet, Numerādo ab ultima syl-
 laba dicti uersus II syllabas, scilicet à mas, usq; ad Ci. Et uia
 de quæ radix anni præcedentis fuerat, & ab ea dicto modo
 ante, signa cōputet, & habebit radicē anni. VI, Anno 1523
 erat luna tēpore Circūāsiōis, in secūda s̄ae Cæri, & hęc
 erat radix anni dicti, & ab ea cōputet signa, si radicem pro
 anno futuro, puta 1524. habere uelit. Quid autem agere
 commode liceat ex præsentia lunæ sub parte zodiaci, sub
 scripti uersus demonstrant.

De emissionē sanguinis.

Ar, li, de uena bene fundunt Vena, Sagitta

Can, scor, pis, media, cætera die fore mala.

Luna uetus ueteres, Iuuenes noua requirit.

In luna plena non tangatur tua uena.

Estas, uer, dextram, autumnus hyemsq; sinistram.

In cane non minuas, nam prohibent mediā.

Membrum ne tangas ferro, luna existente in signo eius.

De Balneo.

Terrea balnea nolunt, ignea limphca uolunt.

Est aeris mediocres, ualet ubiq; tibi.

De seminatione.

Virgo, caper, cancer, pisces bene seminabunt.

Mensibus in quinq; cætera dico mala.

De plantatione.

Taurus & urna, leo, uirgo, pis, hæc bene plantant.

Postrema quadra, sintq; planetæ boni.

Electio pro Pharmacia.

In libra, aquario, cancro, scorpione, & pisibus pharmacia exhibeatur. In cancro electuaria. In scorpione potiones. In pisibus pillule iuuant.

Capitulum XIII. de aspectibus planetarum, & de eclipsibus Solis & Lunæ.

Applicationes quinq; sunt erraticarum.

Prima conjunctio in signo vno & gradu datur.

Sexuili per duo signa, quarto per tria distant.

Terno per quatuor, oppositi septimum notant.

Linea sub ecliptica solis rota rotatur.

Quam Eccentricus lunæ partes ad duas scindit.

Intersectio caput, altera cauda uocatur.

Ad quas sectiones dum luna iungitur soli,

Obscurat radios solares visui nostro.

Ex hinc eclipsim patitur sol, non luce carens.

Totus si niger apparet, non dicitur vniuersalis.

Causat corpus maius terra, lunæq; minus.

In his cum luna plena dat nigredinem ex se.

Vmbra enim terræ radios impedit solares.

Vt non illuminent, si fuerit luna totalis.

Nam caret lumine, est ergo mundo vniuersalis.

Distātas certas planetarū inuestigare, hæc autē distātiæ, Aspectus appellātur. Vnde aspectus, est certa planetarū distātiæ sub zodiaco, qua notabiliter se impedire, uel iuuare dicūtur. Huiusmodi autē aspectus quinq; ponit autor, nomē aspectus

large sumēdo, Cōiūctio, opposito, quartus, trinus, & sextilis.
 Cōiūctio nihil aliud est, q̄ situs duorū planetarū, sub uno
 signo, graduq; uno. Aspectus quartus, est quādo planeta in
 ter se distāt per quartā partē zodiaci, id est, per tria signa.
 Trinus quū à se elōgantur per tertā partē, id est, per quate
 tuor signa cōpleta. Sextilis quū per duo signa, & sextā ptē
 zodiaci planetæ distāt. Oppositus autem quū in oppositis
 pāribus zodiaci cōstituuntur. Si ergo aliquē aspectum habere
 ius aliquorū planetarū, ut lunæ cū sole, scias motū solis, &
 motū lunæ, Et uide si sol à luna distāt per tria signa, scies ino
 ter eos esse aspectū quartū, Ita simili modo scies in alijs aspe
 ctibus. Declaratis autem his applicatiōibus, modū, quo ecclī
 psim tā solare q̄ lunare fieri coniungat, declarat. Pro quo sup
 ponit, corpus solare semp sub ecliptica (id est, linea per me
 diū diuidēte zodiacū) uolui, & moueri super suo eccentrico, in
 quo solare corpus infixū existit. Quē Eccētricū, deferēs lunæ
 secāt p mediū. Sic q̄ Eccētricus solis cū ecētrico lunæ, sese in
 duobus pūctis intersecāt. Harū interseccionū una caput, al
 tera cauda uocatur. Quū ergo sol cū luna in aliquā harum
 deuenierint interseccionū, sic q̄ uterq; sub ea cōstituatur, ut
 contingit in coniunctione, causatur eclipsis solis, quia in tali
 casu luna aspectui nostro & inter solem, media sese interpo
 nit, Sed quū ipsa minor sit corpore solari, nequit totalē ob
 brationē eius efficere, unde nō cōtingit esse totalē solis eclī
 psim, totalē in quā respectu totius uniuersi. Nā respectu certæ
 regionis possibile est ut fiat totalis. Lunæ aut eclipsis eo mō
 causatur. Nā quū luna sole existēte in una interseccionū, al
 terā occupauerit, quēadmodū in oppositiōe contingit lunæ,
 Terra enim sese interponit inter lunā & corpus solare, &
 non sinit radios solares ad corpus lunæ progredi. & tūc lu
 na eclipsatur. Et quāto magis corpus lunare in umbrā ter
 ræ ingreditur, tāto magis eclipsatur, & in maiori pte sui.

12
XXIII
Cū autē corpus lūæ minus sit quā corpus terræ, concluditur
possibile totale eclipsim lūæ euenire. Cur autē nō in omni cō
iūctiōe, aut oppositiōe cōtingūt eclipses, dīatur q̄, ideo q̄a nō
sep̄ cōiūctiō uel oppositiō fiunt in nodis, & intersectiōibus.

Capitulum. XV. de inicijs mensium.

& inuentione feriarum.

Ia, fe, mar, ap, ma, iun, iul, aug, sep, oc, no, de,
A, dam, de, ge, bat, er, ga, ci, fos, a, dri, fex;
Qua feria unusquisq; mēsis suos inapiat dies usuales perscru
tare. Usuales dies mēsis appello, syllabis uniuscuiusq; mēsis
sibi deputatas. Dicm ergo usualem alicuius inuenire mensis
est inuenire qua die seriali prima syllaba alicuius mēsis im
ponatur. Cupiens itaq; inuenire, qua feriā aliquis mēsis suos
inapiat dies. Primo sciat literā dominicalē illius anni. Demū
uideat quæ syllaba mēsi illi ex secundo uersu coresspōdet, pri
mā literā eiusdē cōsiderādo. A litera itaq; dominicali inapi
endo legat literas, usq; ad literā illi mēsi coresspōdētē. Et
quā feriā illa litera tengerit, eadē talis mēsis suas dies incho
abit. In primo uersu initia mēsuū ponūtur, & hæc declarati
one aliqua nō egēt, quoniā per se manifestissima sunt.


Quot quilibet mensis habeat dies usuales.


Aprilis, Iunius, September, atq; Nouember.
Hi triginta habent, vnum reliqui superaddunt.
Februarius viginti in super octo dies


Capitulum XVI. de Calendis, nonis, & idibus.
Tradens, quando, reficis, sedule, refugium, scandis.
Ruffus, tandem, scandere, sodalem, refutās, condere
Octo tenet idus mensis generaliter omnis.

Diē an in calēdis. Nonis, uel lāibus fiat idagare. In hoc capi
tulo intēdit notāā Calēdarū Iduū & nonarū exponere. p
quorū notāā, scās in primis duobus uersibus duodeci dictio
nes cōtineri, mēsis duodeci coresspōdētes, & unaquæq; di
ctio duo in se repræsentat, nūerū scz calēdarū & nonarum.
Sic q̄ prima litera Calēdas, & prima secūda syllabæ litera
Nonas cōmōstrat. Nā quota aliqua ex illis in ordīe alphabe

si erit, tot calēdas uel nonas illius mēsis iudicabis. Vnusquis
q̄ enī mēsis suā habet dictiōē, quā calēdas cū nonis eius or
stēdit. Alter demū uersus Idus mēstū cōtinet. Quid autē Calē
de Nōne & Idus sint, hoc sufficiēter in cōputo Cirometralis
cōperies. & ibidē quare his appellētur nominibus, An autē
aliqua dies sit in nonis, calēdis, uel idibus, sic facis, Præsuppo
ne syllabā tue diei. Demū uide sub quo mēse tua illa dies cō
tineatur, Et à syllaba prima illius mēsis legas. Si si o ia. usq̄
ad syllabā tuā ppositā, ponendo primā dicti mēsis in capite
pollis, discurredo itra & exira per oēs iūcturas, & signa
mēbrū. demū uide, quot talis mēsis habeat nonas, calēdas,
& idus. Quo facto pōc primū ī capite pollis, calēde p se,
Demū nonas retrogrado mō nūcrabis, ut si habet 4. nonas,
dic, quarto nōas, & postea tertio nōas. Vbi dū termīaueris
nonas idē eodē mō nūcrabis, post quos calēdas simili mō cō
putabis. & sic cōpies an huiusmōdi dies ī no. cal. aut id. fuerit.
Capitulum Vltimum de ieiūijs quatuor temporū
anni, & de ieiūijs quatuor temporū
Annum discerne per partes suntq̄ quaternę,
Ver Petró detur, estas exinde sequetur,
Hanc dabit Vrbanus, Autumnum Symphorianus
Festum clementis caput est hyemis vententis.
Feriam temporum affectant ieiunia quartam,
Cinerum, & que Luciam, spiritum sequitur crucem
In primis quatuor uersib⁹ ostēdit nūc p̄tū ānī/ que
sūt 4. ver/ estas/ autūn⁹/ hyēs. Estas sūt incitiū sumit/ p
īgressū solis in cācērū/ autūn⁹ p introitū in librā. hyems
quoq̄ quum peruenerit ad principiū Capricorni/ Ver
quū Auerē attingit/ et in vnaquaq̄ partū/ trib⁹ signis
morat⁹. in vltimis tādē duob⁹ uersib⁹ declarāt quatuor
tēpora ieiūiōrū/ post que sc̄e festa ipōenda veniāt. hec au
tē sūtne obseruāda sūt/ ut cult⁹ diuin⁹ debite perficiatur.
om̄ia enī que ī hoc opusculo tradita sūt/ sēper ī cultū di
uinū ordināt. et in hoc finē eiusdē imponere libuit/ pro
quo sit de⁹ benedict⁹ in secula seculorum.
Impressū Craconie per Hieronymū Vieto. M. D. XLj







Biblioteka Jagiellońska



stdr0028358

